

Ad 3. respondetur eodem modo conceptum illud esse realem, quatenus exprimit id, quod reale est, & praeferat intellectus, non quidem formaliter, & in se, sed identice, & in alio. Dices, ultima differentia habet suam peculiarem essentiam, & suam peculiarem formalitatem, ratione cuius constituitur in esse modi, vel differentiae, & distinguitur a quocumque alio, quod non est differentia. Respondetur, quod si habet quidem propriam essentiam, & formalitatem, sed hanc non esse de se sufficientem pro constituenda peculiari entitati sibi propria, & ratio est, quia reddit Doctor quodlibet, de Anim. cit. quia differentia per suam formalitatem, & precisissimam rationem habet, quod sit differentia, & facit differre, non autem, quod sit ens, quia tunc in ratione differentiae faceret convenire, & ideo, quod sit ens, habet a ratione entis, quam coardat, & cui identificatur, non ex seipsa.

209. Quartum arguitur pro passionibus entis, quod illud formaliter includant; nam passionibus entis, ut hoc, debent habere conceptum obiectivum realem, si reales ipsae ponuntur, & positivae, & debent concipi, ut existentes, vel aptae existerent; ergo ut sic, sunt entia realia. Deinde nulla praedicatio vera in abstracto, nisi sit quiddam in se in abstracto, veritas, unitas, & bonitas recipiunt praedicationem entis; ergo &c. Tandem arguitur, Mañus lib. 2. de trinitate, cap. 3. saltem in concreto has esse in primo modo, unum esse ens, verum esse ens. Resp. conceptum passionum entis esse realem eo pacto, quo nuper dicebamus conceptum ultimarum differentiarum esse realem. Ad aliud ait Mañon, tract. de univoc. quod in abstracto non solum invenitur praedicatio vera quiddam, sed etiam identica, sicut patet in divinis, & transcendentibus, cum hoc tamen discrimine, quod in divinis identificatio fundatur super aequalem infinitatem unius, vel amborum extremorum; in transcendentibus vero super inhieritatem permixtissimam, & nimiam communitatem eorum, ut explicat Tromb. jam cit. Ad ult. vel negatur assumptum, quia illae propositiones indixitae sunt, ac innaturalis, vel non concessio solum sequitur ens includi essentialiter in conceptu illius, quod dicitur unum, vel bonum, quo pacto concessit illa, ut passio primi modi, rationale est animal, non quia animal, includatur in conceptu differentiae, sed hominis, quid dicitur rationalis.

Quintum arguitur simul pro modis, passionibus entis, ac ultimis differentiis, quod quiddam includat rationem entis, quia superius claudit formaliter, & quiddam in quolibet inferioribus, sed ens est superius ad modos, passionibus, ac ultimis differentias, alioquin non esset universalissimum, ac communissimum praedicatum. Tum 2. idem offenditur ex transcendentia entis, quae est talis natura, ut extendat eius rationem ad omne quod est reale, & extra nihil nullo prolixo excepto, quod satis aperte colligitur ex modo eius praedicandi, nam sumpto quocumque reali, sive sit passio entis, sive modus, sive ultima differentia, ens praedicatur de ipsa in recto. Tum 3. quia ultimas differentiae, modi, & passionibus entis continentur intra obiectum ad quatum intellectus, quod est ens, sunt enim per se intelligibiles, & propria cognitionem causare, vel terminare possunt; ergo essentialiter includunt rationem entis. Tum 4. quia in his omnibus reperitur semper aliquis effectus, seu quia effectus realis, quod non potest intelligi sine inclusione alicuius entitatis, nam constituitur, complet, aut integrat, ac distinguuntur ens reale. Tum tandem, & hoc est ratio a priori, ait Suarez, quia ratio entis, ut hic de eo loquimur, est habere essentiam realem, in quo non includitur, quod illa essentia sit perfecta, vel imperfecta, integra, vel partialis, sed solum, quod realis sit, hoc autem necesse est includi in omnibus rebus, & modis, & passionibus, & ultimis differentis.

210. Resp. negatur minorem, quia superius non convertitur cum suo inferiori, ens autem convertitur cum suis passionibus, superius directe respicit inferiora sua, sicut ea, quae constituitur in suo esse essentiali, & quiddativo, ens vero indirecte tantum, & lateraliter suos respicit modos, ac differentias ultimas, per modum contrahentis, ac determinantis, neque ens dicitur praedicatum communissimum, ac universalissimum, quia omnia respicit, tamquam propria inferiora sua, sed quia de omnibus, praedicatur vel quiddative, & essentialiter, vel saltem realiter, ac identice, unde duplicem dicitur habere communitatem, ut notat Tromb. 4. Met. q. 2. ad 1. princ. una est communitas praedicationis quiddativae respectu Dei, & creaturae, substantiae, & accidentis, alia est praedicationis denominativae, seu identicae, quam communitatem habet ad differentias ultimas, & passionibus proprias, & modos intrinsecos. Quod si tu dicas, conceptus entis est simpliciter simplex, aut ergo conceptus eius erit realis id est realiter praedicabilis, respectu omnium, aut quiddativus, & essentialiter praedicabilis de omnibus. Resp. cum Tromb. quod est utrumque quia, quod dico reale, & quiddativum ente, non importat duas rationes, sed unam, & eandem, quia eadem ratio entis, quae est quiddativa, quoad praedicationem respectu aliorum, est realis, seu denominativa, respectu aliorum, & hoc est, quod supra dicebamus ens respectu omnium esse univocum praedicatum, sed non de omnibus univocum praedicari, & in quid. Ad 2. patet per idem, dicitur enim ens transcendens respectu omnium ob duplicem communitatem declaratam, quia de omnibus profuso nullo excepto, quod sit extra nihil, praedicatur aut quiddative, aut saltem denominative, & identice, quae entiam praedicationi fieri potest in recto, imò & in abstracto quo inhabitant permixtissimam. Ad 3. ait Tromb. cit. etiam

modos entis, eius passionibus, ac ultimis differentias comprehendit intra obiectum intellectus ob identitatem realem cum ente, ut enim aliquid sit intelligibile, sufficit quod sit ens vel quiddative, vel saltem realiter, ac identice, & ideo disput. 6. de Anim. qu. 6. art. 1. num. 1. 43. statim cum Doctore 1. d. 3. qu. 2. Quotiam ad 2. articulum, ens reale obiectum adequatum intellectus nobis ex natura potentiae secundum duplicem primitivam communitatem scilicet, & virtualitatis, illius beneficio continet sub se omnia, de quibus, quiddative praedicatur, & ratione ipsa continet omnia, quae in eo virtualiter, vel identice continentur. Ad 4. iam diximus sufficere ad illa munera ut modi, ac ultimae differentiae sint entia saltem realiter, ac identice, quia per ipsa non realizantur res, nec rebus conferunt esse, sed omnia realizantur per ipsam rationem universalissimam entis; per modos autem, & differentias specificatur, ac determinatur, adeo ut non tam sint entia, quam talitates entis secundum suum rationem.

211. Ad ultimam quidem ex nostris respondetur, ad hoc, ut aliquid includat formale significatum entis, non sufficere, quod sit ex natura rei ante intellectum, sed necesse est, ut sit velut aliud quantum ad reale, sive possibile, differentia autem ultima, non solum intrinseci esse sint ex natura rei ante intellectum, sed non sunt intrinseci huiusmodi ante se, & totalia, sed veluti aliquoties entis. Haec tamen solutio non satisfacit, quia hoc est, quod dicitur argumentum inopugnat in ratione formalitatis, ut sic, non includi, quod illa essentia sit perfecta, vel imperfecta, integra vel partialis, sed sufficere, quod sit extra nihil, & citra opus intellectus, & ideo cum ita se habeant modi, differentiae ultimae, & entispassiones, inde concludit esse formaliter, & quiddative entia, & non identice tantum. Quare potius dicendum est definitionem entis, scilicet esse extra nihil, & citra opus intellectus, nequaquam modis, passionibus entis, ac ultimis differentis directe convenire, & ex se, sed indirecte, & per aliam, ratione scilicet illius, cui identificatur, unde sicut non sunt entia, nisi realiter, & identice, ita sunt extra nihil eodem modo. Dices, rationem entis in eo consistere, quod aliquid sit extra nihil, & praeter intellectus operationem, si quomodocumque hoc fiat, sive directe sive indirecte, sive ex se, sive per alium, sive formaliter, sive identice solum, & ideo cum modi, & ultimae differentiae sint aliquid extra nihil, hoc sufficit, ut intrinseci, & formaliter rationem entis participant. Respond. hoc repugnantiam involvere manifestam, quia si aliquid est ens per se solum identitatem cum alio, quod est formaliter ens, iam nequit includere in suo formali conceptu rationem entis, quia tunc esset ens formaliter, & quiddative, & non identice solum, unde potius dicendum est rationem entis in eo consistere, quod aliquid sit extra se, seu ex sua ratione formali sit extra nihil, vel sic existeret, & haec rationem quibusdam convenire formaliter, & identice, & quibusdam denominative tantum, ac identice, quia ratione diximus conceptum entis esse quidem ad omnia profuso univocum, quia respectu omnium retinet unitatem rationis, sed non de omnibus univocè dicit, quia quibusdam denominative tantum convenit & identice. Ex his constat, quid dicendum ad nonnullas rationes Aureoli, quibus 1. disput. 2. art. 4. probat contra Doctorem ens dicitur de omnibus formaliter, & quiddative, omnino enim coincidunt cum rebus, quas Recentiores ab Aureolo mutuantur.

212. Sexto arguit Suarez contra divisionem à Scoto assignatam differentiae ultimae, & non ultimae, primo probat habere saltem fundamentum, quia aut illa divisio admittenda esset in substantiis, vel in accidentibus; non in accidentibus, quia cum accidentia sint formae simplices, non potest in eis ratio generis sumi ab una forma, & differentia ab alia; neque in substantiis, quia aut illae sunt simplices, & immateriales, & quoad hoc eadem ratio de illis, ac de accidentibus, quia in eis entis est una simplex natura physice loquendo; aut sunt materiales, & compositae, & cum in his secundum veriorum sententiam non detur, nisi unica forma, ab ea ratio generis, & ratio differentiae funetur secundum diversos gradus. Tum quia admissa entia pluralitate formae, quae est anima rationalis esset in homine, & si dicitur a se sensiva, adhuc ab ea non possunt sumere differentiam hominis propriam, quia secundum illam formam habet convenientiam cum Angelis in intellectualitate, & inter eam, ac ceteras animas est convenientia in ratione communis formae, vel animae, & principio vitae, & consequenter secundum omnes has rationes communes possunt ab illa sumi differentiae intermediae; & non ultimae, ergo nulla erit differentia, quae sumatur à tota forma, & consequenter nulla erit differentia non ultima, quae sumatur à tota forma, ut loquitur Doctor. Deinde probat illam divisionem esse insufficientem, quia praeter differentiam non ultimam, quae sumatur à tota forma, & differentiam ultimam, quae sumatur à realitate ultima formae, dantur adhuc aliae differentiae, quae neque sumuntur à tota forma, neque ab ultima realitate formae, sed à forma secundum aliquam communem, & superiorem realitatem, ut est ratio sensitiva in homine, supposito, quod in eo anima sensitiva non sit realiter distincta ab anima rationali, & sicut est differentia coloris in forma albedinis, & universaliter, ut sunt omnes differentiae generis in accidentibus, & substantiis simplicibus. Adde, quod Scotus non videtur consequenter locutus, nam alibi eam appellat ultimam differentiam, quae non est ultimas determinabilis, quo pacto in

no in eius opinione sole individuales differentiae deberent dici ultimas; male ergo hic alias differentias etiam specificas appellat ultimas.

213. Respond. concedendo tam in accidentibus, quam in substantiis simplicibus, & immaterialibus, non nisi ultimas differentias reperiri, at hoc negatur in substantiis compositis, in quibus sunt plures formae subordinatae, quae sunt sententiam, ut longè probabiliorem docuimus in Physica, & cum ait admissa etiam hac formarum pluralitate sumatur, & hoc pacto non ultima dicitur; hoc quae à tota forma sumatur, nullum enim est apud Doctorem eam dici differentiam non ultimam, quae à tota forma sumatur, ut ei Suarez imponit, seu ab omni realitate formae; nam ut supra dictum est, necesse est, quae sumatur ab alia forma, à qua ratio sui generis non sumitur, licet non ab omni, sed ab aliqua tantum eius realitate sumatur. Quod si dicas, si differentia non ultima non potest sumi à tota forma, ergo neque fandi potest ab alia forma, à qua ratio generis non sumatur, neganda est haec consequentia, quia ut constat ex dictis loc. citat. esse potest, ut differentia sumatur ab una realitate formae, à qua tamen forma ratio sui generis non sumatur, sed ab alia diversae virtutis sententiam admittentem pluralitatem formarum in animatis. Ad aliud pariter constat ex his dictis, quia differentia ultima non solum apud Doctorem istam denominationem, quia ultimo specificet, vel ultimo determinet, sed quia sumatur ab una realitate simpliciter, id est non continente in se plures alias realitates, & non ultima dicitur quia sumatur forma continenti in se plures realitates, pro qua etiam tota supponit in communi modo loquendi, licet à simplici realitate illius formae sumatur, & non ab omnibus; ex quo deducitur sufficientia illius divisionis, nam differentiae etiam intermediae accidentium, & substantiarum simpliciter sunt ultimae differentiae ultimae simpliciter, & universaliter omnes illae, quae à realitate eisdem formae sumuntur, à qua sumitur generis, non ultimae vero quae à forma non ultimae simpliciter sumuntur. Fallum denique est, quod addebatur, Doctorem non consequenter loqui, nam apud eum utique loquitur illa individualis differentia est ultima ultimatae determinationis, non tamen ultimatae simpliciter, nam etiam sic ultima dicitur differentia omnis specificae, & intermediae, quae à realitate alicuius formae sumatur, quae etiam forma sumatur ratio generis, cum eadem divisionem.

214. Postremo arguit Averroes cum aliis contra eandem divisionem cum enim ait Scotus, differentias sumi vel à tota, vel non tota forma, vel intelligi de tota entitate Physica rei, vel Metaphysica, si primum, certum est omnes summi à tota entitate, ut hoc praesertim necessarium est in rebus simplicibus, nec hoc quicquam refert, ut differentiae dicantur includere vel non includere ens; si secundum, nulla profuso differentia sumatur à tota rei entitate, supposito distinctione inter ipsos gradus essentielles, sed omnis sumatur ab ultimo gradu specificae consuetudine per eandem differentiam. Deinde in sententia Scoti eadem profuso esse debet ratio omnium differentiarum, ut includant, vel non includant ens; nam ens contrahitur ad decem genera per modos essendi, qui non sunt entia, deinde haec genera contrahuntur ad species substantias, & includunt alias per differentias, sed haec universaliter non debent includere ens, nec debentur negatio, hoc est, nec ens bis repetatur in entibus inferioribus. Tum etiam quia si differentia non ultima includit ens, distinguere in ipsa licet, & rationem entis, & aliam rationem propriam contrahentem, ergo tota illa differentia potius erat species, quam differentia, & differentia potius erat illa ratio, quam ipsa differentia, non ultima addebat supra ens, ergo ab initio non oportebat replicare ens, sed omnes differentiae quae contrahuntur summa genera ad species inferiores, erunt rationis additae supra ens, & nulla includat ens. Tum demum, quia secundum Scotum ideo ens non praedicatur in quid de ultimis differentis, quoniam sunt simpliciter simplices, ac etiam differentiae intermediae, & non ultimae sunt simpliciter simplices, quia sumuntur à gradibus aequè simplicibus formae, ac sumuntur ultimae differentiae, ergo si ens non includitur in ultimis differentis, eadem ratio nec includitur in aliis. Ex alia parte eadem quoque ratio est differentiae ultimae, & non ultimae, ut ens includunt si anima humana esset tantum rationalis, ac proinde rationalis secundum Scotum sumpta est tota entitate animae, tanquam differentia non ultima esset ens, ideo ipsa rationalitas esset ens, quia anima quantum rationalis veri est ens, sed pariter de facto anima humana, quamvis sit etiam vegetativa, & sensitiva, adhuc quatenus rationalis est ens, & non est nihil, ergo etiam si rationalitas sit differentia ultima, non minus sumi esset non ultima, est essentialiter ens. Confirmatur, quia ideo differentiae non ultimae, & intermediae includunt ens, quia sumuntur à gradibus realitatis v. g. vivens à gradu vegetativo lentius a sensitivo, secundum quos gradus anima rationalis est ens, ergo eadem ratione etiam ultimae differentiae includunt ens; Probatur consequenter quia talis differentia v. g. rationale sumatur à perfectiori gradu animae, & anima humana non est minus ens, quatenus rationalis, quam quatenus vegetativa, ac sensitiva.

215. Resp. haec, & similia argumenta procedere ex non recta intelligentia Scoti de divisione differentiae ultimae, ac non ultimae, quia ut constat ex dictis n. 113. & inde, nunquam Scotus dixit differentiam non ultimam sumi à tota forma, nec ultimam propter distinguuntur à non ultimam, dicit esse illam, quae non est determinabilis per

ulteriores differentias; sed non ultimam appellat tam, quae in compositis constantibus pluribus formis subordinatis sumitur ab una forma, à qua non sumitur ratio generis, licet non ab omni eius realitate; & fallum est hoc, non quicquam referre ad hoc, ut dicantur differentiae includere, vel non includere ens; quia quoad sumuntur ab alia forma ab ea, à qua sumitur ratio generis, suscipiunt praedicationem entis in quid, quia ex communi usu loquentium supponunt pro tota, ac intergra forma, à qua sumuntur (licet non secundum omnes eius gradus) quae est essentialiter ens; cum verò sumuntur ab ultima realitate eisdem formae, à qua sumitur ratio generis, tunc supponunt pro illa realitate praecise, quae formaliter non includit conceptum entis, & ideo in primo casu ens de ipsa differentia esset in quid, non in secundo, ut declaratur etiam supra num. 185. Ad aliud negatur eandem esse rationem utriusque differentiae quantum ad inclusionem, vel exclusionem entis; Ad primam praedicationem tam ad inclusionem, vel exclusionem entis, contra per modum pro exclusionem negatur ens ad decem genera contrahi per modos essendi, qui non sunt entia, nunquam enim dicitur Doctore, modos, vel differentias ultimas non esse entia absolute loquendo, sed inquit, quod non sunt entia formaliter, & quiddative, ex quo tamen inferre non licet, quod non sint entia absolute loquendo, sicut in divinis, ex eo quod Patet non est formaliter sapientia, non sequitur absolute, quod non sit sapientia, quae est sapientia realiter, & identice, & sic est in proposito de modis; neque Doctor ex eo probavit ens non includi in ultimis differentis, nec mittitur negatio, sed alio ex capite, unde ipsemet illam rationem solvit ex negatione deductam, ut diximus n. 190.

216. Ad 2. probationem, iam constat ex dictis ex relato numero 185, quo pacto dicitur ens praedicari essentialiter de differentia non ultima, intantum enim id Doctor affirmat, in quantum ex communi loquentium usu talis differentia supponere solet pro tota forma, unde sumitur, licet non tota sumatur, sed ab aliquo gradu eius; unde quia illa forma Physica dicitur essentialiter ens, sic etiam de differentia inde sumpta loquimur, & ideo non sequitur, quod intermediae, & substantiales esse ultimas, & non admittere praedicationem entis in quid, quando sumuntur ab eadem forma, à qua sumitur ratio generis, quia tunc ex virtute sermonis nequeunt supponere pro tota illa forma Physica, quae est essentialiter ens, cum ab ipsa quoque sumatur ratio generis; sed praecise supponunt pro tota realitate illius formae ultimatae simpliciter, quae proinde sicut non includit quiddative rationem entis, sic nec differentia inde desumpta dici potest essentialiter ens, & rursus quando differentiae non ultimae suscipiunt quiddativam entis praedicationem, hoc utique eis non competit ratione graduum, à quibus desumuntur, quia ut bene concludit argumentum, illi sunt aequè simplices, ac gradus, unde sumuntur differentiae ultimae, sed talem praedicationem suscipiunt, quia ex virtute sermonis modo explicato n. 185. supponunt pro tota forma, à qua desumuntur, licet non tota liter, seu secundum omnem eius gradum. Sic pariter respondetur ad primam probationem pro inclusionem entis omnibus differentis, negatur enim paritas ibi assumpta, quia ut ait Doctor 1. d. 2. q. 3. lit. O. si in homine poneretur tres animae, & ab anima intellectiva sola defumeretur rationalitas, tunc rationalitas susciperet praedicationem entis quiddativam, quia supponeret pro tota anima intellectiva, quae est essentialiter ens; sed si in homine una sola ponatur anima, à qua secundum diversos gradus sumatur ratio vivens, sentiens, & rationalis, tunc rationalitas non posset supponere pro tota forma, sed praecise pro illo gradu, à quo derivat, & quia ille, cum sit simpliciter simplex, non includit quiddativam gradum entis, ideo nec rationalitas seorsus quiddativam praedicationem suscipere valeret, & anima rationalis de facto sola existens in homine continens virtualiter vegetativam, ac sensitivam, licet quatenus rationalis non sit nihil, sed sit ens; non tamen est ens quiddative ratione illius gradus praecise, sed quatenus est Physica entitas, & pars compositi physici essentialiter includens rationem entis. Ad Concl. dico rursus differentias intermedias non esse confundendas cum non ultimis in sensu, quod nec loquimur de non ultimis, quia in isto sensu etiam intermediae sunt ultimae, quando sumuntur ab eadem forma, à qua sumitur ratio sui generis, ut est in casu argumenti, in quo quod differentiae intermedias sentiens, & vivens includere quiddative rationem entis, quia gradus, unde sumuntur, sunt aequè simplices, ac illae unde sumuntur rationalitas (supposito quod in homine una tantum sit anima) unde illae differentiae nunquam in virtute sermonis supponere possunt pro tota substantia animae intellectivae sed praecise pro gradibus, & realitatibus, unde sumuntur, qui quidem gradus dicuntur reales, non quia quiddative ens includant, sed solum realiter, ac identice.

QUESTIO VIII.

An praeter ens transcendens designandum sit ens completum à modis, ac differentis perfectis praedicandis.

217. Usus haec apud philosophos Metaphysicos non invenitur, quamvis enim quatuor quampures in aliis generibus distinctionem hanc gradus completi, & incompleti agnovisse videantur, & praesertim genere substantiae; differentia enim, seu modus

constituens substantiam non est substantia completa, sed incompleta, quae vero in rebus lineis illius praedicamentum disponuntur, substantia completa sententiae, & sic patet in aliis praedicamentis; nec tamen eorum quae videntur, hanc distinctionem conceptus entis possunt, ut eorum quae in completo, & incompleto; Recentiore vero Neutrale cum libentissime succedunt Scotiam opinionem de entis praefore, & univocatione contra Thomiam tenendam, postquam incidit in arduam difficultatem quae huius praecedentis de praefore entis etiam a modis, & differentis, quam secum necessario trahere videbatur assera ente univocatione, videntes efficaciam rationum pro utraque parte, conati sunt modum advenire servandi, ut ajunt, capream, & braticas, quo nimirum ex una parte salvarent perfectam entis praeforem nedam a suis inferioribus, sed etiam a contrahentibus scilicet modis, & differentis, ut Scotiae docent, & ex alia parte salvarent modum quoque, & differentias illud contrahentes esse quidditativae, & essentialiter entis, ut voluit Thomias. Ut autem hoc affluerent, praefaram distinctionem gradus completi, & incompleti ex aliis generibus etiam ad ens ipsum transfulerunt, & dixerunt, quod sicut differentia, & modus constituens substantiam non est substantia completa, sed incompleta, hac enim ratione substantia, quae est generalissimum praedicamenti substantiae, habere potest differentias, in quibus non includatur, quia genus illud tantum est substantia completa, differentia autem est solum substantia incompleta; ita in proposito dixerunt modos, & differentias ens contrahentes ad Deum, & creaturam, substantiam, & accidens, esse quidem essentialiter, ac quidditativae entis, non tamen completa, sed incompleta; ens autem completum esse illud duntaxat, quod ad Deum, creaturam, substantiam, & accidens determinatur, ideo in illis tantum quidditativae includi, non autem in modis, vel differentis illud contrahentibus, unde per ens completum nedam illud intelligunt, quod est inaequale integrum, ac totale, sed etiam sub eo comprehendunt materiam, & formam, aliaque similes partes, solaque differentias excludunt, quia non sunt entia ut quod, vel quid; sed ut quo, vel quale, ex quo constat, ipsos loqui de complemento Metaphysico, non Physico, inter quae magnum est discrimen, quia vis Physice incompleto potest esse Metaphysice completum, ut constat in alio exemplo de materia, & forma.

218. Juxta quem dicendi modum prima facie, ut veram fatear, omnia bene salvari videntur, & omnes difficultates declinari, quia rationes, quibus Thomias impugnavit solent univocationem entis, perfectamque eius praeforem ab inferioribus, & modis contrahentibus, contra hanc sententiam non procedunt, quia non negant differentias, & modos esse aliquo pacto entia, sed solum negant, esse entia completa, unde gratis concedit ens communissimum sumptum, completendo omnia, quae sunt, five completa, five incompleta, non perfecte praecedere, & sic etiam ens incompleto commune ipsi modis, & differentis non perfecte praecedere, quia non habet alios modos, vel differentias, per quas eos contrahat, & pariter rationes, quibus Scotias propugnant entis univocationem, enimque praeforem perfectam ab inferioribus suis, & contrahentibus, non hanc sententiam videntur, quia gratis concedunt ens completum vere univocum esse omnibus rebus, & entibus completis, Deo scilicet, & creaturae, & substantiae, & accidentis, non tamen modis, & differentis sed ei superaddi differentias, quae sunt entis incompleta, & sic inter ens completum, & ipsas differentias intercedere perfectam praeforem rationis, & ita defendit Albertinus tom. 2. suorum Collat. princip. 1. philosoph. disputat. 3. quaestio. 5. *Secunda sententia*; Blancus disputat. 6. Logic. per totam, & alii nonnulli, a qua sententia nec latum unguem distare puto Scotias illos citatos num. 176. qui distinguunt ens quid, & quale, & dicebant ens ut quale, & determinativum includi in differentis, & modis contrahentibus, non autem ens, ut quid; porro quamvis non omnino isdem utatur terminis, eorum tamen placitum in relatione coincidit sententiam; Neoterici namque per ens completum illud ipsum intelligunt, quod ab illis Scotias intelligebatur per ens quid, & ab eo solas differentias, ac modos excluderent, & per incompleto intelligunt illud, quod ab eis significabatur per ens quale, sub quo solas comprehendunt differentias, & modos, & hanc dicendi modum jam dudum docuit Bonetus vobler 1. Metaph. capit. 6. assignans duplicem entis acceptionem scilicet determinatam, id est completam, & indeterminatam id est incompleta, & ens hoc modo sumptum ait includi essentialiter in modis, passionibus, & ultimis differentis, non autem primo modo.

Opposita sententia docet non dari hanc rationem entis completi divisa ab ente transcendentem, & communissimum sumpto, de quo haec ens locuti sumus, quae communis sit solum inferioribus, quae sunt entia completa, non autem modis, & differentis, quia quidem sententia communis est, passimque recepta non solum apud negantes perfectam praeforem entis ab inferioribus sicut est Averfa quaestio. 3. de ente in communi sect. 10. sed etiam apud eam admittentes, sicut est Pasqualig. disput. 4. de conceptu entis, & rursus nedum tales conceptum negant, qui etiam in aliis generibus talem distinctionem gradus completi, & incompleti, non admittunt, ut Averfa loc. citat. & quaestio. 13. Logic. section. 5. sed illi, quoque qui in aliis determinatis generibus hanc distinctionem admittunt, in praesenti de conceptu entis talem distinctionem nequaquam admittere volunt, ut Suarez dispu-

tae 2. Metaph. sect. 5. a num. 13. cum tamen in generibus substantiae, & accidentis non concedat, disputat. 31. sect. 1. & disputat. 38. sect. 1. & 3.

219. Dicendum est, quod licet in aliquo sensu etiam in ipso entis talis posse admitti distinctionem, nequaquam tamen admitti debet in sensu a Neutralebus invento, & excogitato; hanc conclusionem esse de mente Scoti nempe ambigere debet, quia cum Doctor loquitur de univocatione entis, certum est, loqui de communissimo conceptu entis realis, quem mens non abstrahere potest, & non solum, ut est commune Deo, & creaturae, & substantiae, & accidentis, sed etiam modis, & passionibus suis, ac ultimis rerum differentis, & ad omnia profertur intelligibilia, ut videtur esse loc. cit. 1. dist. 3. quaest. 3. *6. ad quaest. igitur*, ubi concludit esse quidem univocum respectu omnium illorum, non tamen de omnibus univocum dictum, & in quid, quia non sic dicitur de suis modis, passionibus, ac ultimis differentis, & inferius *9. contra istam univocationem*, concedit hoc ipsum ens essentialiter includi in differentis non ultimis, signum evidens non loqui de ente completo, quia hoc modo nulla prioris evidens five ultima, five non ultima est ens completum; Et quidem in hoc eodem sensu de ente loquuntur Thomias, cum negat eius univocationem, perfectamque ab inferioribus praeforem, unde Recentiores istis illud contingit, quod Neutralebus regulariter evenit, qui nulli partium grati sunt, eorum namque inventum nec apud Scotias, nec apud Thomias gratiam ullam potuit invenire, eo quia non respondent quaevis in sensu, quo ab ipsis mota est haec controversia, & eorum distinctio de ente completo, & incompleto palam excogitata putatur ad evitandas difficultates, & pondus rationum pro utraque parte. Solent autem hac conclusio pluribus rationibus probari, & quidem ut plurimum inutilibus, & ineptis, quae tamen omnes, & singulas reprobare non intendo, quia nullam temporis partem namque dissipatam sentio, quam quae impenditur in reiciendis ab oppositis rationibus, qui nobiscum in conclusione conveniunt, quaeque enim suas in medium rationes proferre debet, dum alio non videntur ei convincentes; non inficit tamen interdum non juvare aliorum rationes ad trutinam evocare, hoc enim aliquid, & jurat, & opusculi, & Doctor etiam nollet non semel sic procedit, sed eorum consuetudinem damare intendo, qui totam ferè praeforem contextum in impugnationem aliorum rationibus, & tandem ipsi unam, vel alteram ex suo penu afferunt rationem, quae pejor est omnibus ab ipsis impugnat; aliquas igitur rationes ab aliis alia tas ad conclusionem probandam referam, & reiciam, alias vero minoris momenti quilibet prohibito poterit videre ab Averfa impugnatas loc. citat.

220. Primo itaque Fonseca 4. Metaph. capit. 2. quaest. 1. sect. 4. reicit hoc ens completum, quia hoc utique deberet esse commune substantiae, & accidenti, absolute, & respectivo; at hoc tale esse non potest, quia non videtur dari posse medium inter esse per se, & esse in alio, inter esse ad se, & esse ad aliud, haec namque vel contradictoria sunt, vel saltem contradictoria inferunt scilicet esse per se, & non esse per se, ad aliud, & non esse ad aliud; Haec ratio a nobis reicienda est, nedum quia conclusio nem positam non recte probat, sed praecipue quia destruit unitatem, & praeforem conceptus entis transcendentis in superioribus sancitam; hoc enim est argumentum, quo Aureolus impugnat eam unitatem, relatum, & solum ab initio disp. hujus num. 14. ubi ostendimus nihil prorsus concludere, quia hoc est proprium cuiuscumque gradus communis, & superioris ad plura, quod abstrahat a modis, & differentis oppositis contrahentibus, licet a parte rei, & in esse, ut ajunt, subjectivo semper cum alterutra illarum debeat reperiri, sic ergo ubi diximus conceptum entis transcendentis praecedere ab esse per se, ac esse in alio, ab absolute, & respectivo, five ab esse ad se, ac esse ad aliud, sic in proposito de hoc ente completo responderi poterit, & saltem esse haec contradictoria opponi, cum aucto extremis loci positiva, & ut notavit Canon. nollet ubi relatus, quamvis esse per se inferat non esse in alio, & esse ad se non esse ad aliud, non propterea simplices illae negationes constituunt rationem substantiae, vel absolute, sed affirmationes ad quas sequitur, quia nec substantia, nec accidentis nec absolute, sed adhuc remanet intra praeramentis, ut sic, quia per quidditativum, & qualitativum, quae entia non distinguuntur, nisi per discrimen completi, & incompleti, completum autem, & incompleto intra idem genus, licet differant secundum magis, & minus; non tamen differant essentialiter. Ut tandem illi rationes quidditativae, & qualitativae sunt inter se essentialiter distinctae, ut nonnulli ex illis concedere videntur, dicent rationem entis nihilo a laegate contradicibili per rationem quidditativam contrahat ad constituendum ens completum, & per rationem qualitativam contrahat ad ens incompleto, & rationem quidditativam necum asserere complementum metaphysicum superius declaratum, rationem vero qualitativam defectum, quia ens, quod constituit, facit alteri adiacere in genere entis, quod in eo genere defectum importat; unde gratis concedit ens completum non importare conceptum entis, ut sic in tota sua amplitudine, ut contra distinguitur a nihilo, sed ens determinatum ad illud, quod est commune omnibus entibus completis, per rationem quidditativam, & juxta hanc ultimam solutionem tota vis illius argumenti mihi exhausta videtur, nisi aliquid fuicatur.

221. Secundo probat Suarez loc. cit. quibusdam rationibus, quarum potissimum inquit esse istam. Quia si daretur hoc ens completum commune substantiae, & accidenti, deberet esse quoque commune entibus incompleti in genere substantiae; probatur consequentia, quia entia incompleta de genere substantiae excedunt a toto genere in perfectione entis, ipsa completa de praedicamento accidentis, nam materia prima perfectior est, magis habet de entitate quae quantitas, & forma substantialis magis quam qualitas, & pariter perfectas, ac rationalitas, prout est differentia substantialis, perfectior est, quam quodlibet accidens; ergo ens prout est commune ad substantiam, & accidentia, multo magis commune est ad substantias incompleta. Sed & haec quoque ratio elaudicat, quia aliud est loqui de complemento physico, & perfectione entitativa, aliud de complemento metaphysico, de quo praesens loquitur asserentes entis completi; licet enim in primo sensu materia forma, & differentia communes pra-

praedicamenti substantiae perfectiores sunt in entitate, quam accidentia a toto genere, adhuc tamen in posteriori sensu verum est, accidentia esse entia magis completa Metaphysice, quia intra seentiam propriam praedicamenti habent perfectum modum essendi, & se habent in illo, ut quod, directeque in recta linea collocantur, & nulli alteri adiacent eisdem praedicamenti; quod non competit differentis substantiae in proprio praedicamento substantiae; Et ut bene annotavit Averfa cit. etiam ipse Suarez disp. 33. section. 1. num. 22. concedit aliquam substantiam incompleto perfectiorem esse aliqua completa, ut anima perfectior est lapide, & nihilominus substantiam completam dicit esse univocum commune substantiae omnibus completis etiam anima imperfectioribus, non tamen ipsi animae, quare etiam juxta eius principia haec ratio non concludit.

222. Tertio probat Averfa loc. cit. quia profus non apparet, quo pacto ens dicatur quid completum, & esse per se, ac in aliis five perfectas, & inalienatas dicatur entia incompleta; nec apparet quo pacto in substantia designari valeant duo rationes cum perfecta distinctione rationis, una quae dicatur ratio entis completi, altera, quae dicatur ratio entis incompleti, quinimo ipsa perfectas dicitur adaequatam totam rationem, & entitatem substantiae, dicit enim esse ens, & esse per se, unde substantia, & perfectas se habent sicut concretum, & abstrahatum, ens, & entitas, Deus, & deitas, non enim differunt in re significata, sed in modo dumtaxat significandi, vel minus expresse. Haec ratio falsis principis totaliter inimitur, fuisse enim supra demonstratum est rationem entis in communi a rationibus perfectatis, & inalienatis perfectae praecedere, quia entitas reperitur ubi non est perfectas, ut in accidentibus, & ubi non est inalienatas, ut in substantia, & ideo falsum est perfectas, ut sic, adaequatam dicere totam rationem, & entitatem substantiae, quia tunc substantia se tota distingueretur ab accidente, cum in ratione perfectatis nullo pacto cum quo conveniat, quod tamen est falsum, quia cum eo convenit in ratione entis, & sic aliquo suo convenit, & aliquo differt. Unde tandem falsum est, substantiam, & perfectas se habere ut concretum, & abstrahatum, quia illa duo non differunt tantum in modo significandi, sed etiam in re, vel in conceptu significato, non enim illa perfectas constituit substantiam, sicut nec sola inalienatas constituit accidens, sed copulata, & conjuncta cum conceptu entis, velut conceptus propriis cum communi, ut satis liquet ex dictis in superioribus.

223. Quarto probat Pasqualig. loc. cit. sect. 2. ens completum praecedens ab omnibus inferioribus, non potest esse completum in alio genere, quam in genere entis, si enim esset completum in aliquo alio genere, non esset amplius ens praecipuum, sed tale ens, ergo non potest dari ens completum praecipuum ab inferioribus, quod sit aliquo pacto diversum ab ente transcendentem communissimum sumpto, assumptum de se patet. Consequentia probatur, quia ut ens sit completum in ratione entis, ex vi tamen complementi nequit aliquid aliud dicere, vel addere supra ipsam formalem rationem entis transcendentem, nam si aliquid aliud addit, iam non amplius erit ens, ut sic, ab inferioribus praecipuum, sed ens contractum ad determinatum genus, haec breviter, & in substantia est ratio Pasqualig. quam ibi more suo fusius prolequitur, & adhuc magis declarat in hoc eius efficaciam consistere num. 7. Sed facit etiam ut arbitror, asserentes entis completi huic occurrente argumento, nam per ens, communissimum sumptum, quod immediate, & adaequatam a nihilo contradistinguitur, intelligitur illud, quod omnia profus entia sub se complectitur, five sint completa, five incompleta, & hoc ut diximus in recitata eorum opinione, ajunt ab illis non perfecte praecedere, & ideo cum eius non agnoscat perfectam praeforem, nec etiam admittent perfectam contractionem ad completum, & incompleto per modum compositionis, vel additionis, ut argumentum intendere videtur, sed per modum solius explicationis, vel expressiois conceptus; Praeterea dicant, quod cum ens communissimum sumptum contrahitur ad completum, & incompleto, non propterea constituitur ens in determinato genere substantiae, vel accidentis, quia est quaedam contractio, quae non exit extra genus entis ad diversas species sub ente constituendas, sed adhuc remanet intra praeramentis, ut sic, quia per quidditativum, & qualitativum, quae entia non distinguuntur, nisi per discrimen completi, & incompleti, completum autem, & incompleto intra idem genus, licet differant secundum magis, & minus; non tamen differant essentialiter. Ut tandem illi rationes quidditativae, & qualitativae sunt inter se essentialiter distinctae, ut nonnulli ex illis concedere videntur, dicent rationem entis nihilo a laegate contradicibili per rationem quidditativam contrahat ad constituendum ens completum, & per rationem qualitativam contrahat ad ens incompleto, & rationem quidditativam necum asserere complementum metaphysicum superius declaratum, rationem vero qualitativam defectum, quia ens, quod constituit, facit alteri adiacere in genere entis, quod in eo genere defectum importat; unde gratis concedit ens completum non importare conceptum entis, ut sic in tota sua amplitudine, ut contra distinguitur a nihilo, sed ens determinatum ad illud, quod est commune omnibus entibus completis, per rationem quidditativam, & juxta hanc ultimam solutionem tota vis illius argumenti mihi exhausta videtur, nisi aliquid fuicatur.

224. Quinto Itaque cum hic dicendi modus non differat, ut diximus, ab opinione illorum Scotiarum, qui ut salvarent modos

entis, ac ultimas differentias includere essentialiter ens, distinguant de ente quid, & quali, reiciendus est eisdem rationibus quas adhibi itaque num. 182. contra illos, parum vel nihil immutatis, & summa consistit in hoc, quod illa distinctio entis completa, & incompleti nihil prius juvat ad evitandas difficultates, ob quarum evasione excogitata fuit, immo eisdem omnibus incurunt ejus Auctores quibus subiacent negantes talem distinctionem; Probatur hoc assumptum Nam admittit talem distinctionem entis completa, & incompleti, cum hoc non fecit, ac illud licet in rerum natura citra quocumque opus intellectus concedere oportebit ens communissimum sumptum ad entia completa, & incompleta, quod adaequatam distinguitur contra nihil, & praecedat, ut sic, ab ente completo, & incompleto, & tunc redit difficultas, quomodo conceptus ille superior ad haec inferiora contrahi debeat, & nura modus contrahens ens communissimum sumptum includat illud intrinsece, nec ne, nam si non includit, nihil erit, si includit, vel dabitur processus in infinitum, ut Scotus urgebat, vel idem dici poterat de ente transcendentem sumpto abique distinctione entis completi, & incompleti. Tum quia sic ascendendo geminari oportebit in infinitum praefaram distinctionem entis completi, & incompleti, quia cum illa ipsa ratio entis praecedens ad completum, & incompleto cogitur contrahi per modos completionis, & completionis, rursus ad hanc contractionem declarandam, & praeforem entis communissimum sumpti ab his modis, recurrere opus erit ad ens completum, & incompleto, quia illi modi completionis, & completionis erunt entia incompleta, & qualitativa, & species entis per ipsos constitutae erunt entia completa, & quidditativa, unde & ens incompleto, quod erat altera species entis communissimum sumpti, debet dici ens completum, ut distinguitur a modo completionis, per quem constituitur, eo pacto quo substantia dicitur ens completum, ut distinguitur a perfectitate, per quam constituitur; ac ipsum quoque ens communissimum sumptum, quod ad completum, & incompleto praecedere dicebatur, dici debet completum, quia concipitur per modum conceptus contrahibilis, & quidditativi, non autem contrahentis, & qualitativi.

Rursus sicut ens completum ponitur univocum ad omnia entia completa, ita a pari etiam incompleto ad incompleta omnia erit univocum, & hic rursus redeunt difficultates, quo pacto in univocumque ad sua debeat descendere inferiora, & cum quidditativum includatur in suis contrahentibus, & quia ens incompleto concipitur per modum praedicati quidditativi respectu inferiorum suorum, haec ratio dici debet ens completum, quia respectu suorum inferiorum est ens metaphysice completum, non secus ac illud, quod ex opposito ponitur completum respectu suorum; Quod si ad has angustias declinandas dicant, ut de facto respondent, ens communissimum sumptum completendo entia tam completa, quam incompleta, non perfecte praecedere, & sic etiam ens incompleto commune ipsi modis, ac differentis non perfecte praecedere, quia non habet alias differentias, per quas eas contrahatur, convinci poterant rationibus Scotias, quibus supra probavimus praeforem conceptus entis a finito, & infinito, ipsi namque eas recipiunt, & illis captivari fatentur praeforem, & unitatem conceptus entis ad finitum, & infinitum, sed certe si huic proposito applicetur, non minus probabunt perfectam praeforem conceptus entis a completo, & incompleto (haec distinctio admittit) & rursus entis completi ab omnibus completis, & incompleti ab incompleti, quam probent praeforem entis a finito, ac infinito, & si dicant differentias illas intra rationem entis incompleti se totis differre, & non per aliquid superadditum, ut in eis dicitur status, tenentur reddere rationem, cur ab initio id dici non poterit de modis ipsius entis, ut sic, intra rationem entis transcendentis abique alia distinctione entis completi, & incompleti.

225. Sexto ulterius hoc ens completum, ut ponitur a Recentioribus distinctum ab ente transcendentem, reicitur a priori, quia non satis explicari potest quid importet hoc co mplementum, quod entis transcendentem, ut est commune omnibus per se intelligibilibus, convenire nequeat; si enim sermo sit de physico complemento, hoc non est ad rem, neque de hoc ipsi loquuntur, cum certum sit etiam apud ipsos ens, quod ipsi complementum vocant, dici de materia, & forma, quae sunt physice incompleta, si vero sermo est de Metaphysico complemento, hoc rursus potest dupliciter explicari, vel ita quod illud dicatur Metaphysice completum, quod constituitur ex pluribus gradibus, & respectu illius incompleta dicantur illa, quae tamquam partes sunt constitutivae ejus, lumendo tam genus, quam differentiam, ita ut ens completum accipitur pro gradu totali, & incompleto pro partiali; & neque in hoc sensu ens dici potest completum, & differentis incompleta, cum ens non dicatur totum essentialiter compositum metaphysice, vel ita explicari potest metaphysicum complementum, ut illic dicitur gradus completus, qui praedicatur in quid, & se habet ad modum per se flantibus, quo pacto praedicatur genera, & species in recta linea praedicamentali collocata, gradus vero incompleto, qui se habet ad modum adjacentis, & praedicatur in quale, quo pacto praedicantur differentiae a latere collocatae, quo quidem sensu videtur Recentiores in proposito loqui de metaphysico complemento, ut diximus ab initio quaestiois, & sane in hoc sensu ens transcendentem, de quo haec locuti sumus, & adaequatam contradistinguitur a nihilo, & ab ente rationis est metaphysice completum, quia praedicatur in quid de suis inferioribus, & quamvis apud Scotum non ita praedicatur.

centur de suis modis, passionibus, ac ultimis differentiis, ita tamen predicatur etiam de istis in sententia horum Recentiorum; ergo nullatenus evitari possunt, quominus transcendentur sumptum, ut est commune omnibus per se intelligibilibus, dicitur metaphysice completum. Confirmatur quia iuxta explicationem ipsorum Adversariorum, differentia solum ab hoc complemento excluduntur, sed ens transcendentur sumptum respectu omnium per se intelligibilium rationem differentiam non habet, ergo ab hoc complemento, de quo ipsi loquuntur, excludi minime potest, cum ergo talis complemento non caret, vana est illa distinctio de ente completo, & incompleto in sensu ab eis intento.

226 Postremo, ut declinemus quo sensu possit admitti distinctio entis completi, & incompleti, recolendum est quæst. præcedenti, quod licet ens, ut sit, ob suam maximam communicatam omnia proles intelligibilia transcendat, & in omnibus imbutur, non tamen eodem modo imbutur in omnibus, nam in iis, quæ proprie respicit, ut inferiora, imbutur quidditative; & in eorum essentiali conceptu includitur, ut in Deo, creatura, substantia, & accidente, sed in his, quæ respicit lateraliter, ut sunt ejus modi, ac differentia, vel respicit convertibiliter, ut sunt ejus passionis, imbutur tantum realiter, & identice. Quia igitur perfectiori modo, & potiori jure sunt entia, quæ directè & formaliter includunt in suo essentiali conceptu rationem entis, quam illa, quæ dicuntur entia identice tantum, & realiter, identice illa dici possunt entia completa, illa verò incompleta, in hoc igitur sensu admitti potest distinctio illa entis completi, & incompleti, adeoque tam ens completum, quam incompletum dicant eandem rationem formalem entis, sed diverso modo participatam, nam perfectè participat ab ente completo, & imperfectè ab incompleto, unde denominatio completi, & incompleti non ex parte ipsius entis attendi debet, quæ semper una, & eadem est ex parte inferiorum, quibus communicatur, & modo, quo eis communicatur; cum enim eis communicatur quidditative, & essentialiter dicuntur ens completum, cum verò communicatur eis realiter tantum, ac identice, dicitur incompletum; Et in hoc quoque sensu, & non aliter intelligi debet eadem distinctio, cum gradus prædicamentales inter se distingui solent per discrimen completi, & incompleti, ut nimirum substantia completa dicatur, quæ in suo formali, & quidditative conceptu rationem substantia includit, illa verò incompleta, quæ solum dicitur substantia identice, & realiter, quales sunt differentia substantiales, & sic de aliis prædicamentis, ut magis mox explicabitur.

227 In Contrarium obicitur primo fundamentum ab initio questus insinuatum, quod in prædicamento substantia datur substantia completa, quæ est supremum genus illius prædicamenti perfectè prædicandis a suis differentiis, & adhuc genus substantia esse extra conceptum illarum, & sic pariter alia prædicamenta disponantur per gradus completos, & incompletos, ergo pariter de ente dicendum est, alioquin salvari non possent modos entis aliquid in rerum natura, nec tamen includeretur rationem entis, quam contrahunt.

Respondent aliqui concessio antecedente, negando adhuc consequentiam, & negando paritatem de ente transcendentem, & aliis gradibus prædicamentales, conaturque reddere disparitatem rationem, quorum responsiones, & disparitates optime consistat Averla loco citat, non enim reddi potest disparitatis ratio, quæ minimum urgeat, nam si in aliis generibus entis assignentur gradus perfectè prædicantis, qui a differentiis distingui dicantur per discrimen completi, & incompleti, pari ratione, & eodem modo, ut ait Averla, debet talis distinctio, & perfectè præcisio admitti in ente respectu suorum inferiorum, ac differentiarum, itaque concessa paritate dicendum est etiam in substantia, & aliis generibus admitti posse præfatam distinctionem completi, & incompleti, ita ut differentia prædicamenti substantia dicantur substantia incompleta, genera verò, & species substantia completæ, non tamen in sensu, qui intenditur in argumento, nam in eo sensu patitur omnes impugnationes, quas fecimus contra distinctionem entis completi, & incompleti numer. 224, & 225, ut per eas discurrunt patet, sed solum admitti potest in sensu a nobis explicato numer. 226, necne eo pacto, quo innuitur in argumento, salvandam esse præcisionem perfectam generis substantia a suis differentiis, & simul earundem substantialem, jamdudum ostendimus disput. 5. Log. quæstion. 3. articulo. 3. ad 3. princip. quia ut etiam notavit Canon. 1. Physicor. quæst. 7. art. 2. si dicatur, differentia substantia esse quidditative substantia, non quidem sumendo substantiam pro substantia, quæ est apex in prædicamento, & dicitur substantia completa, sed esse substantiam latè sumpto nomine substantia, prout distinguitur ab accidente, sic enim comprehendit tam substantia completas, quam incompletas, si inquam, ita dicatur, non satisfaciunt, quia eadem recurrit difficultas de illo conceptu substantia, ut etiam comprehendit incompletas, nam, & substantia, ut sit, dividi potest per spirituales, et res, & corporeas, ut alia quælibet forma substantia, est substantia, non ita esse autem, ut excluderet rationem generis univocæ, rursum ergo quæritur poterit de modis, vel differentia substantiam illam adhuc communem sumptam contrahentibus, an sint substantia, nec ne, & quomodo, nec quomodo difficultatis satisfiet, nisi dicendo esse utique substantiales, non quia involvant

essentialiter rationem substantia, sed quia esse substantia recipiunt a ratione substantia, quam coardant per identitatem cum ea, & hæc præcisio ratione dicitur substantia incompleta, non aliter, nec in alio sensu, & sic pariter dicendum de differentiis in aliis generibus proportionem servata.

228 Dices, explicando substantiam completam, & incompletam in hoc sensu, materia, & forma essent substantia completæ, quia includunt quidditative in suo conceptu rationem substantia, ut distinguitur contra accidens, atque ideò directè in prædicamento collocari debent, quæ oppositum in Logica, & Physica docemus; Resp. ita dicendum esse in rei veritate, postquam ita distinctio prædicamentum substantia, ut eis apex sit substantia abstracta a completa, & incompleta, cum talis conceptus non sit transcendens, sed finitus, & limitatus, atque ita notavimus disp. 7. Logic. quæst. 1. art. 1. ad 2. prin. folem autem dicti materia, & forma substantia incompleta Physicè, quatenus sunt partes eorum positi Physici, & solent recta linea prædicamentali subst antia excludi, quia iuxta structuram, quam nobis reliquit Aristoteles, illius prædicamenti, sola substantia finita, & completa est illius prædicamenti supremum genus, ut nos quoque loc. cit. docuimus, sicut enim ab eorum categoriæ structuram accipimus, ita ejus testimonio fieri debemus quod ejus generalissimum constitutum, & absolute tamen, & simpliciter loquendo alio modo constructi potest substantia prædicamentum, ita ut sub se comprehendat tam substantia completas, quam incompletas, ut ibi didimus est.

Secundò arguit ad eum, eo quia potest concipi tota ratio convenienter secundum essentiam entis completi, in qua conveniunt Deus, & creatura, substantia, & accidens, quæ sunt entia completa, & ita prædicandi, ut non imbutur in rationibus inferioribus contrahentibus, quæ sunt entia incompleta, ut sunt finitas, & infinitas, perfectas, & imperfectas, omnia enim entia completa in hoc conveniunt, quod sint entia completa, unde notè abstrahi ratio convenienter, & participatio rationem entis completi, cum non sint hujusmodi, cum non imbutur in differentiis inferiorum igitur ratio entis completi non imbutur in differentiis inferiorum, sicut potest a suis inferioribus adæquate prædicandis, tota enim ratio, cur non possit prædicandis, est, quæ imbutur in differentiis, quemadmodum imbutur ratio entis transcendentis communissime sumpti, ita arguit Albertinus loc. cit.

229 Resp. cogitari posse illam convenientiam entium completorum inter se, quatenus omnia intrinsecè, & quidditative participat rationem entis, quo pacto non participat ab entibus incompleti, quæ tamen non inferit, aliam esse rationem entis completa, quæ descendit in Deum, & creaturam, substantiam, & accidens, & aliam entis incompleti, quæ descendit in finitatem, & infinitatem, perfectitatem, & imperfectitatem, quia ens dicitur unam, & eandem indivisibilem rationem respectu omnium, sed tantum in inferit esse diverso modo participatam ab illis illam eandem entis rationem, unde illud complementum, & incomplementum entis, consequenter affirmant dari conceptum entis univocum abstractum a positivo, & negativo, pro quo opinio refert Pasqualig. tom. 1. Met. disp. 26. lect. 1. Ægid. 2. d. 34. quæst. 1. art. 3. ad 4. Tromb. 12. Met. quæst. 6. Jo. Can. 1. Phys. qu. 14. art. 1. (apud quos tamen Scotus loc. cit. expressè hoc non invenitur, sed solum negationes, & privationes appellant entia realia negativa, non specificando an ens sit commune univocum ad positivum, & privativum) Comib. eodemlib. cap. 9. quæst. 7. art. 1. Ray. tract. 3. q. 1. in quam opinionem nos quoque descendere debere quis suspicabitur ob explicationem a nobis signatam definitionis principiorum disp. 1. Phys. q. 1. concl. 2. quam univocè diximus competere materiæ, formæ, & privationi. Opposita tamen sententia est communis in omni schola docens non dari conceptum entis præcisum ab ente reali, & rationis, positivo, & negativo, ut quod esse æquivocum, ad ea, solum est dubium, an sit purum æquivocum, ut vult Socinus. A. Metaph. quæst. 5. Javell. 1. Metaph. q. 1. Bannes. 1. p. q. 28. art. 1. an potius æquivocum analogum, ut alii.

nisi realiter, & identice, quod est participare rationem entis imperfecitè, & incompletè; Sed sive Logice, sive Metaphysicè hæc distinctio explicemus, nunquam concludi potest, quod deur ens completum distinctum ab ente transcendentem, quia Logice loquendo ens transcendentem debet dici completum, quia accipitur per modum totius, & in quid prædicatur de suis inferioribus, & rursum si de ente completo loqui velimus Metaphysicè, nec etiam hæc deducitur, quod sit quidam conceptus communis ab ente transcendentem distinctum, sed est idem prorsus conceptus entis, qui ex modo perfectè, vel imperfectè, quo ab inferioribus participatur, denominationem suscipit completi, & incompleti juxta explicationem datam numer. 226.

QUESTIO IX.

An deur ens abstractens ab ente reali, & rationis, positivo, & negativo.

231 Quamvis in cæteris scholis opinio vulgata, & omnium ferè communi calculo firmata ferat ens, ut sic merè æquivoce dici de ente reali, & rationis, ita ut deur nullo pacto aliud abstractens ab utroque, sed solum nomen entis significans ens reale conveniat utri rationis, nihilominus in schola nostra non deest, qui oppositum, ut verum, tenuerit in sententia Scoti, vel saltem, ut probabile, ita docuit ex professo Bonet. Scot. acutissimus 1. sup. Met. cap. 6. §. ens autem inquantum ens, & Badius 1. d. 29. inquit saltem problematice hoc posse defendi in via Scoti, quia apud Doctorem hoc fuit problema, cum variis in locis modo in unum, modò in aliam declinet partem, immò ad 2. Odoz. reportatis Parisiensibus, d. 29. viam præbere utraque defendendi partem, quemvis ibi magis ad univocationem declinare videatur; hinc non rectè Meuriss. lib. 1. sup. Metaph. quæst. 2. dixit, nullum Scotium usquam hæc tradidisse doctrinam de univocatione entis, ut sic, ad ens reale, & rationis; Alii verò, quamvis hoc assertum universaliter non defendant, adhuc tamen existimant, ut refert Suarez disp. 47. Metaph. lec. 3. num. 2. aliqua saltem entia rei, ac entia rationis univocè convenire, nimirum relationes reales, & relationes rationis, ad quas docent genus prædicamentum ad aliquid esse inonymum, pro qua sententia refert S. Thomas p. 1. q. 28. art. 1. & 2. qu. 13. art. 7. & quolibet 1. art. 2. quibus in locis Galet. expressè sentit ipsam esse ad, univocè dici de relatione reali, & rationis, quod etiam docent Capreolus 1. d. 33. qu. 1. & Socinus. 5. Metaph. q. 26. conc. 2. & alii quamplures ex ea schola.

232 Alii tandem, quamvis nullo pacto id asserant de ente reali, & rationis, nec in tota eorum universitate, nec respectu quodtandem entium, quia tamen vera ratio rationis non simpliciter est, sed potius datur esse, quia tamen parte rei nullo cogitante intellectus dantur quædam privationes, & negationes, ut cæcitas in oculo, tenebra in aere, quæ proinde appellant entia realia negativa, consequenter affirmant dari conceptum entis univocum abstractum a positivo, & negativo, pro quo opinio refert Pasqualig. tom. 1. Met. disp. 26. lect. 1. Ægid. 2. d. 34. quæst. 1. art. 3. ad 4. Tromb. 12. Met. quæst. 6. Jo. Can. 1. Phys. qu. 14. art. 1. (apud quos tamen Scotus loc. cit. expressè hoc non invenitur, sed solum negationes, & privationes appellant entia realia negativa, non specificando an ens sit commune univocum ad positivum, & privativum) Comib. eodemlib. cap. 9. quæst. 7. art. 1. Ray. tract. 3. q. 1. in quam opinionem nos quoque descendere debere quis suspicabitur ob explicationem a nobis signatam definitionis principiorum disp. 1. Phys. q. 1. concl. 2. quam univocè diximus competere materiæ, formæ, & privationi. Opposita tamen sententia est communis in omni schola docens non dari conceptum entis præcisum ab ente reali, & rationis, positivo, & negativo, ut quod esse æquivocum, ad ea, solum est dubium, an sit purum æquivocum, ut vult Socinus. A. Metaph. quæst. 5. Javell. 1. Metaph. q. 1. Bannes. 1. p. q. 28. art. 1. an potius æquivocum analogum, ut alii.

ARTICULUS I.

Nonnulla de ente rationis recoluntur ex Logica.

Nequit proposita Controversia exacta haberi resolutio, nisi agnita prius entis rationis essentia, & quidditate, ut ab ente reali loceretur, quamvis autem ex dictis non est ratio rationis cognitionem in Logica præmissoribus disp. 3. ubi de ipso agitur ex insinuatione, aliqua tamen inde hæc revocare censui ad melius percipiendum statum propositi quæstionis, quod etiam libentius facio, ut quædam ibi dicta defendam ab impugnationibus Poncii, cum hic sit opportunus locus loquendi de ente rationis.

233 Primo supponendum est ex dictis disp. 3. cit. qu. 1. contra nonnullos, in omni schola ens rationis admitti debere, capiendum ens rationis pro eo, quod solum habet esse obiectivè in intellectu non aliter, nec alio modo; ita quod omne suum esse, sive essentia, sive existentia, sive actuale, sive possibile pendeat ex consideratione intellectus, quatenus si existit, non nisi per opus intellectus existit, & si potest existere, hoc ideò dicitur, quia intellectus potest illud formare, quod ibi sufficienter probatum manet, ac etiam satis lepidè probant ad hominem recentes quædam, nam negantes entia rationis, aut illa cognoscunt, dum negant, vel non

cognoscunt, non secundum, quia tunc omnino irrationabiliter ea negarent, quia de objecto ignoto iudicium fieri non potest, si cognoscunt, ergo habent illud esse obiectivè, quod nos præter admittimus. Nodum autem istam conclusio nem ibi probavimus, sed, & omnes difficultates contra eam urgentes diluimus, inter quas præcipua erat illa. Quicquid intelligitur, prius est intelligibile, quam intelligatur, quia adus secundus supponit adus primum, sed id statetur ens rationis, non esset prius intelligibile, quam intellectum, ergo non datur. Probatur minor, quia omne, quod est, antequam intelligatur, est ens reale. Cui difficultati satisfactum est ibi 3. Conf. primi prin. quod verè loquendo de ente rationis secundum suum esse formale, & actuale, non prius habet esse intelligibile, quam intellectum, quia in ente rationis ita considerata potentia ad intelligi non antecedit actum, cum actu intelligi, & cognosci sit veluti de essentia entis rationis, quemadmodum in Deo potentia ad existendum non absolute dicitur præcedere actum existendi, quia actualis existentia est de essentia Dei, est enim regula, quod quando actus est de essentia rei, tunc in illa re potentia non dicitur actum antecedere, addidi autem ibi, ex hoc inferri non posse absolute loquendo ens rationis nullo modo esse cognoscibile, antequam cognoscatur, nec quoad hoc in ipso adum locuturum ab actu primo secerni posse, sed tantum, quod non sit prius in se, id est secundum suum esse formale, & actuale (licet ibi particula *in se*, in quibusdam originalibus ex errore præter deficit) cognoscibile, quam cognoscatur, quia saltem virtualiter in suis causis potest dici prius intelligibile, quam intellectum, immò etiam, & in aliquo sensu formaliter, & actualiter, quorum utrumque postea explicò, nam paulo infra in solutione ad 2. prin. ad 2. ejus argumenti confirmationem, dico, entia rationis esse intelligibilia, antequam intelligantur, non quidem formaliter, sed virtualiter, ad quod non est necesse, ut præcedat opus intellectus sequendum aliquid esse proprium, sed sufficit si in re præcedat fundamentum, qualecumque illud sit, & in intellectu potentia, sed virtus intelligendi, unde esse intelligibile in entibus rationis non est aliquid intrinsecum, ut in entibus realibus, sed potius est denominatio extrinsecum a potentia intellectiva procedens, quatenus, quæ non sunt, nec esse possunt, concipere potest ad modum entis.

Deinde quæst. 2. art. 2. ad 1. prin. explicò, quo pacto ens rationis etiam quoad suum esse formale, & actuale dici queat habere prius esse intelligibile, quam intellectum, & expatò, autem distinguendo de duplici cognitione entis rationis, una directæ, altera quasi reflexæ ex Doctore 2. d. 1. q. 1. & d. 1. q. 5. B. prima est, quæ fingitur, & accipit suum esse ens rationis, quia ratione Doctore 6. Met. q. 2. ad 1. arg. vocat eam cognitionem præcisam, quæ per eam præcisè, & in actu exercitio versatur intellectus circa ens rationis fingendo, quod non est, ac si esset, altera vero dicitur speculativa, quia per eam veluti in actu signato consideratur ens rationis factum per primam cognitionem, unde in ea habet ens rationis præcisè rationem obiecti, non effectus, quia igitur per secundam cognitionem non recipit esse, sed ei supponitur, ut unum de numero intelligibilium, ut loquitur Doctore cit. 2. d. 1. quæst. 5. B. hæc, inquam, ratione dici potest etiam in re, & quoad suum esse actuale, & formale prius habere esse intelligibile, quam intellectum, quia in prima cognitione accipit proprium esse rationis, & intentionale, quod postea per sequendam cognitionem attenditur, sicut est, & quoad prædicata essentialia entis rationis convenientia.

234 Quia verò Complutenfens, quoque disp. 2. Log. q. 1. negant, & ipsi ens rationis habere prius esse intelligibile, quam intellectum, quia inquit actu cognoscit esse de essentia entis rationis, & quando actus est de essentia entis, potentia non antecedit actum in tali ente, ut patet in Deo, ubi hæc de causa potentia ad existendum actualem ipsam existentiam non antecedit; suspicatur Poncius d. 1. Log. qu. 2. me accepisse totam hæc solutionem, & doctrinam a Complut. loc. cit., ideoque mecum illam simul impugnat, & in primis redarguit contradictionis, quia in eodem ipso loco fateatur ens rationis esse cognoscibile, antequam cognoscatur, quæ autem maior potest esse contradictio, quam quod ens rationis sit cognoscibile, antequam cognoscatur, & non sit prius cognoscibile, quam cognoscatur, nisi forte sit aliqua differentia ponenda inter *antequam*, & *priusquam*. Deinde probat hoc absolute falsum esse, nam quemadmodum ex eo, quod verum sit dicere hoste, quod Aristotellus sit productibilis, & non sit verum dicere, quod sit productus, optime colligitur, quod sit prius productibilis, quam producat, ita similiter optime colligi potest chimæram esse prius intelligibilem, quam intelligatur ex eo, quod verum sit dicere illam intelligibilem esse iam, licet non intelligeretur actu iam, & hinc potest inferri exemplum adductum de existentia Dei non esse ad rem, sed potius ad oppositum, quia pro nullo instanti verum est, quod possit existere Deus, pro quo non sit verum, quod de factò existat; cum ergo verum sit dicere pro hoc instanti, quod ens rationis sit intelligibile, licet pro hoc instanti non intelligeretur, sequitur potius ex illo exemplo, quod sit prius intelligibile, quam actu intelligatur. Rursum non minus ac falsum esse actu cognosci esse de essentia entis rationis, nam actu cognosci dicit formaliter ipsam cognitionem, per quam cognoscitur ens rationis, ergo non potest esse de essentia alioquid, de cuius essentia non sit actualis illa cognitio, constat autem actualem cognitionem, quæ chimæra cognoscitur, non esse de essentia eius, quia